

Ein Kölner Traktat von c. 1440—49 über das Verhalten der Gläubigen zur Zeit des Schismas

Mitgeteilt von Hermann Keussen, Köln

Der nachfolgende kleine Traktat, welcher bestimmt war, die Ge-
wissen der durch das Schisma zur Zeit des Baseler Konzils bedenklich
gewordenen Gläubigen zu beruhigen, findet sich in einer Handschrift¹,
deren Inhalt die artistischen Promotionsreden des Kölner Professors
Jac. von Straelen 1448—56, sowie die Promotionsreden desselben als
Vizekanzler und theologischer Promotor 1480—93 ausmachen. Außerdem
enthält die Handschrift noch den Bericht eines Augenzeugen über
die Trauung und Krönung König Friedrichs III. im Jahre 1452².

Das Schisma, das bei diesem Traktat vorausgesetzt wird, fällt in
die Jahre 1439/40—1449. Felix V. wurde 1439 zum Papst gewählt,
1440 geweiht und verzichtete am 7. April 1449 auf die Tiara. Daß
das ältere Schisma, welches durch das Konstanzer Konzil beseitigt worden
war, nicht gemeint sein kann, wird durch die deutliche Anspielung auf
den früheren gleichartigen Zustand, den man vor noch nicht langer
Zeit gesehen habe, erwiesen. Der zeitliche Ansatz des Traktats stimmt
zu dem übrigen Inhalt des Bandes. Wir dürfen annehmen, daß seine
Tendenz der Denkart des Besitzers der Handschrift und des Kreises,
dem er angehörte, der Kölner Universität bzw. des Laurentianer-Gym-
nasiums, entsprach. An letzterem wirkte Jac. von Straelen bis zum
Jahre 1456, wo er Theologie-Professor wurde. Zu Ende des Jahres
1450, als sich das Kukaner-Gymnasium abgezweigt hatte, war er Kon-
rektor des Gymnasiums geworden. Er starb als einer der angesehensten
Professoren hochbetagt im Jahre 1499³. Bekanntlich war die Stellung
der Kölner Universität auf Seiten des Baseler Konzils und des von ihm
anerkannten Gegenpapstes Felix V. fast bis zum Ende des Konzils. Gerade
die jüngeren Magister, zu denen Jac. von Straelen und Laur. v. Groningen,
der Regens des nach ihm benannten Gymnasiums gehörten, leisteten
dem 1448 in Köln die Anerkennung Papst Nikolaus' V. betreibenden
Legaten, dem bekannten Dominikaner Heinr. Kaltisen, kräftigen Wider-

1) Münster, Univ.-Bibl., Handschrift Nr. 315 (Bl. 49^a—50^b).

2) Von mir veröffentlicht in der Hist. Vierteljahrsschrift 20, S. 317—321.

3) Die Nachrichten über ihn sind zusammengestellt in meiner Ausgabe der Matrikel der Universität Köln I, S. 317 unter 205, 11; sie sind bedeutend vermehrt in der bevorstehenden 2. Auflage.

stand, wie in dem interessanten Briefe des Kölner Pedellen Sebastian de Viseto an den Krakauer Pedellen berichtet wird¹. An der Universität war der Hauptgegner des Konzils Heimericus de Campo gewesen, der sie 1432—35 beim Konzil vertreten hatte, nach seiner Rückkehr nur noch kurze Zeit in Köln blieb und sich dann nach Löwen wandte, anscheinend, weil er die konziliare Richtung der Universität nicht oder nicht mehr teilte².

Die Schrift des Traktats ist nicht die des Jac. v. Straelen, ähnelt vielmehr der Schrift des Laur. v. Groningen³; doch läßt sich keine volle Gewißheit gewinnen.

Die Ausführungen des Traktats zeugen von einer bemerkenswerten, gar nicht mittelalterlich anmutenden Duldsamkeit und verdienen daher die Veröffentlichung.

*

[49^a] Qualiter in presenti scismate aut alio simili sit vivendum et conversandum sub correctione melius sentientium sub brevibus collectum.

Quia istud presens scisma in ecclesia catholica super papatu omni bono Christicole merito detestandum tot diversitates et adversitates, proch dolor, inducit in ecclesia, quod plurimorum mentes etiam principum spiritualium et secularium perplexe redduntur de obedientia uni aut alteri prestanda et plurimorum timoratorum virorum conscientie in multis casibus emergentibus propter diversitatem et difficultatem illorum satis inquietantur, in hiis etiam se immiscet ille humani generis adversarius et mortalis inimicus, ut inter homines vinculum dissolvatur caritatis et honestas politice unitatis et conversationis in discidium et hostile odium convertatur. Ut igitur tanto malo cum divino adiutorio aliqualiter obvietur et timoratis conscientiis succurratur, aliquas decrevi conscribere considerationes seu propositiones ex quorundam notabilium doctorum scriptis recollectas.

Quarum prima est ista: Loquendo de duobus de papatu contendentibus, ut in casu iam currente aut in simili casu, prout ante tempora non diu lapsa vidimus⁴, non est hereticum de contendentibus loquendo istum aut illum dicere non esse papam. Patet propositio, quia nulla propositio, ad cuius verificationem exigitur veritas unius contingentis ad fidem non pertinentis, est de necessitate et integritate fidei. Unde ad veritatem huius: A. est papa aut B. est papa, requiruntur veritates multorum contingentium, ut, quod A. sit rite electus, et quod unus sit rite electus, et alter sit legitime depositus et ab habentibus auctoritatem et cet., de

1) Veröffentlicht von G. Kaufmann in seiner Geschichte der deutschen Universitäten 2, S. 460.

2) Für seine schroffe Stellung auf der Gegenseite i. J. 1440 vgl. Concilium Basileense 7, S. 271.

3) Autograph als artistischer Dekan im Dekanatsbuche z. J. 1447.

4) d. i. vor d. J. 1418.

quibus propositionibus multi possunt dubitare recte. Sicut in consecratione altaris sacramenti multa contingentia intercurrunt, de quibus sine nota heresis licet dubitare, scil. an consecratus sit presbiter, item an intenderit hoc, quod ecclesia intendere iubet, item an habuerit materiam debitam, ut vinum et panem triticeum, item an verba consecrationis perfecte protulerit et cet., de quibus ipsi adorantes non sunt certi. Idcirco sub conditione [49^b] tacita hoc sacramentum debet adorari, si scil. et in quantum singula sint rite et legitime peracta. Ita etiam de isto vel de illo papa ita, quod si singula circa eius electionem sint peracta, et ipse non aliunde propter aliud crimen legitime depositus sit, credi debet papa verus et Cristi¹ verus vicarius, quod est de necessitate salutis.

Secunda propositio: In presenti scismate iniuriosum et temerarium est asserere omnes tenentes istam partem vel alteram vel ipsos neutrales, etiam adultos, esse universaliiter extra statum salutis vel excommunicatos vel rationabiliter de scismate esse suspectos. Patet propositio, quia multi sunt pro utraque parte et etiam neutrales, quibus non est materia scismatis sic notificata, quin rationabiliter possunt negare aut dubitare de una parte aut de altera, ut de unius rita electione et alterius rita et legitima depositione, vel iste non est scismaticus vel hereticus, ad que bene sequitur hunc vel illum non esse papam. Patet primo, quia sunt multi simplices, qui ad talia dubia investigare non tenentur, qui etiam non moventur favore, odio aut questu, sed parati sunt obediere veritati sufficienter agniti, nec sunt pertinaces nec de scismate rationabiliter suspecti.

Tertia propositio: In presenti scismate tutum videtur pro prestantibus obedientiam uni parti vel alteri eam sub conditione tacita tribuere. Patet propositio aliqualiter ex precedentibus recte, sicut de adoratione sacramenti altaris, si scil. omnia rite et legitime facta sint secundum ordinacionem Cristi et ecclesie, ita etiam in proposito de obedientia prestata vel prestanda.

Quarta propositio: Quacumque parte demonstrata in presenti scismate tam dubioso temerarium, scandalosum et sapiens heresim est asserere sacramenta ecclesie suam [50^a] efficaciam non habere, ut, quod sacerdotes unius partis aut alterius non esse consecratos, pueros non esse baptizatos, sacramentum altaris non esse consecratum etc. Patet, quia nec scisma nec quodcumque aliud vitium impedit, quin sacramentorum collatio habeat efficaciam, dum tamen ydonei confidentes intendant facere id, quod Christus et ecclesia instituerunt, et recipientes recipere ita, quod presens scisma nullum tale impedit.

1) Vorlage: ipi.

Quinta propositio: In presenti scismate aut simili quacumque parte demonstrata temerarium est asserere, quod non liceat audire missas partis unius aut alterius vel sacramentis communicari, presertim attenta¹ diversitate locorum, temporum et personarum. Patet ex precedentibus, quia nichil debet impedire quequam in talibus nisi excommunicatio lata ratione pertinacie, nec debet ferri nisi in pertinaces, quia alias non solum frustra, sed dampnabiliter in destructionem ecclesie ferretur, et teste apostolo non est data ministris potestas in destructionem, sed edificationem, quia finis excommunicationis debet esse excommunicatorum emendatio. De utraque enim parte non dubium, quin multi sint non pertinaces, sed stare libenter in veritate sibi agnita et sic tenentes unam partem tenere debent, quod alii de alia parte non pertinaces et parati stare veritati agniti utique sint in statu salutis. Nemo enim debet suo pape tantum crimen inponere, quod ipse velit non pertinaces excommunicare.

Sexta propositio et ultima: Possibile est aliquos vere parti consentientes esse veraciter scismaticos et aliquos false parti assentientes scismaticos non existere. Patet propositio, quia stat aliquem sic esse pertinacem propter questum vel vanam gloriam aut propter causam seu affectionem sinistram aut corruptam, ubi alias non haberet animum ad obediendum veritati cognite, sed per ecclesiam aut alias reperiretur errare, sed adhuc sue parti vellet adherere, vel etiam, dum in tantorum dubiorum [50^b] assertione separat se in sua assertione sustinenda a membris veris et vivis ecclesie, ut satis timendum, quod multi reperiantur.

Corollarium: Quod non solum est scisma in membris a capite separatis, sed etiam membrorum a se invicem pertinaciter separatorum, in quibus caritativa fraternitas dampnabiliter violatur.

Corollarium secundum: Quod singularitas in opinione propria in casu presentis scismatis aut consimilis detestabilior est quam communicatio fraternalis per caritatem in hoc dubio, que caritas in veritate est compactio membrorum ecclesie, que esse debet semper sub intentione recta et firma de obediendo ecclesie et pastori unico, si et in quantum veritas per ecclesiam aut aliter rationabiliter elucescat. Hec sub correctione quorūcumque in hac materia melius sentientium et sine aliqua presumptione aut pertinacia, sed ex pia causa superius in principio allegata.

1) Vorlage: attente.